Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Opera

P. 1-3 nebst Inventarium

Gerson, Jean

[Straßburg], 1488

Carmen de differenti immunitate a peccato Christi et matris sue

urn:nbn:de:bsz:31-300776

Visual Library

¶ Proſa in circūciſione domini

Mira Joſeph iuſti virtus/laus mira/mariam
Cui deus vxorem ſociat/mirare ſacratum
Fecundum prolis cum virginitatis honore
Coniugiū/faber o mirus/cui ſubditur vltro
Auroram et ſolem qui fabricat/huncꝫ benigno
Nominat ore patrē tali quoqꝫ gaudet alumno.
¶ Regia ſtirps et ſacra Joſeph te reddit ab ortu
Claris inſignē titulis/te leta decenter
Pauperies manuūqꝫ labor nutriuit/ob inde
Strennuus ⁊ liber ac pſalmo teſte beatus
Hinc vxor tua/tecum ſicut vitis abundans
Te dominū/ſponſumqꝫ vocat. nos redde beatos

¶ Carmen eiuſdem de diuerſa im̄unitate a peccato chriſti ⁊ matris ſue.

Noſtrā dignatus naturam ſuppoſiture
Filius eterne ſaluificare volens
Circulus vt fieret coniūxit ad ima ſupremū
Virginis eſſe ſatus abſqꝫ viro voluit.
Virgo caret culpa peccati/pena remanſit/
Natus vtrunqꝫ tenet attamen impariter
Virgo neceſſaria nature lege ſubiſſet
Culpam/ni dominus ſanctificaret eam.
Sed caruit chriſtus prima ſub origine culpa/
Peccati/penam ſponte ſubire volens.
At peinis ſubiecta fuit nō ſponte maria
Quāuis virtutis traxit ad obſequium.
Indiguit redimi/non filius/ergo redemptam
Perfecte fieri/matris honor voluit.
Copula legitima fuit/et ſemen benedici
More ſacro potuit/feſtus et eſſe dies:
Omnis eam virtus primo decorauit ab ortu
Certatim dotes quelibet accumulat.
Edocuit noſter ſermo vulgaris idipſum
Totam qui pulcram magnificauit eam.

¶ Proſa in circunciſione

domini compoſita per predictum egregiū doctorē/ que cantatur in cantu. Veni ſancte ſpiritus.

¶ Apparuit hodie/mira virtus gratie que deum circuncidit Nomen ei celicum nomen ⁊ ſaluificum. qđ eſt Jeſus indidit.

¶ Nomē ſalus homini/ nomē quod os domini. ab eterno nominat. Dudum matri numinis hoc ⁊ ſpōſo virginis/angelus denunciat.

¶ Tu nequam vim zabuli/ tu peccatum ſeculi/ nomen ſacrum ſuperas Jeſu noſtrū precium Jeſu ſpes merentium/mentes ſalua miſeras.

¶ Quod deeſt in homie. ſupple tuo nomine. quod